

nymi. Postmodum deminuto fidei ardore & refrigerante charitate, sensim mos ille obsolevit. Vide Thomam p. 3. sum. q. 80. a. 10. Walafridum Strabonem de rebus eccl. cap. 20. Genad. de dogm eccles. cap. 53. Augustin. ep. 118. ad Januarium fol. 360. Chrysost. hom. 17. in 9. cap. ad Hebr.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

De ministerio verbi.

Hucusque de sacramentis: sequitur
MINISTERIUM VERBI quod est officium sacrum à Deo per legitimam voca-
tionem idoneis personis injunctū, ut verbū
ipsius docendo, sacramenta administrādo,
absolvendo & ligando, homines ad regnū
Dei ac salutem vocent atque dirigant.

Græcis διάκονοια dicitur Act. 1. v. 17. & 25. & c. 6.
v. 4. & c. 20 v. 24 Item λειτουργία, Philip. 2. v. 17. Rō.
15. v. 16. ἐπισκοπή, Act. 1. v. 20. I Tim. 3. v. 1. δικονομία,
Cor. 9. v. 17. Eph. 3. v. 2. in V.T. ministerium
Levitarum dicitur custodia, Lev. 8. v. 35. Num. 1. v.
53. 1 Chron. 9. v. 22. militia, Num. 8. v. 24. confer 2 Cor.
10. v. 3. 1 Tim. 1. v. 18. Patres Ecclesiastici vocant
hierurgiam, ex epistola ad Rom. 15. v. 16. ἱερεῖς ἔχοντες
sacrum imperium, quo sensu Paulo ministri sunt
ἱερεῖς ὑπερτετες, 1 Tim. 5. 17. Est autem officium sa-
crum, 1. Tim. 3. v. 1. Eph. 2. v. 23. distinguum à profa-
nis